2 31/160 1

Xpi noie invocato, pateat universis, q nos Alfonsus dei gratia rex Aragon, Sicilie, Valent, Maioric, Sardinie, et Corsice, comes Barcinone, dux Athenarum, et Neopatrie, ac etiam comes Rosilionis, et Ceritanie, visa appellatione interposita ab Arnaldo Comalada a quadam sententia, sive declaratione lata per locumtenentem bauli Ceruarie contra dictum Arnaldum, visa inquisitione dicta sententia, visis attestationibus ab utraq parte productis, viso, et rumi-nato toto processu, visis aliis videndis facta relatione per fidelem nrm Pontium Porta, assignato ad audiendam sententiam ad hodiernam diem, quam ad cautelam assignamus sacrosanctis evangeliis coram nobis propositis, et reverenter inspectis, ut de vultu dei nrum procedat iudicium, et oculi nri cernere valeant equitatem, per hanc nram sententiam pronunciamus, prout ecce. Cum ex meritis presentis processus nobis constet cur dicta sententia lata per locumtenentem bauli ville Ceruarie debeat in melius commutari. Propterea per hanc nram sententiam pronunciamus bene fuisse pronunciatum, sive declaratum per dictum locumtenentem bauli, et male fuisse appellatum per dictum Arnaldum Comalada, dictum Arnaldum Comalada in expensis cause appellationis predicte condemnando, quarum taxationem nobis imposterum reservamus. Lata fuit dicta pronunciatio, sive sententia per nos, seu in nri personam per fidelem consiliarium, et cancellariam nram regentem Pontium Porta legum doctorem, et de nri, seu ipsius mandato lecta, et publicata per fidelem scrip-

4

GOBIERNO DE ARAGON

torem nostrum Petrum de Bisulduno in maiori aula regii palatii ciuitatis Barcinonæ, ubi solito more regia celebrabatur audientia die Mercurii intitulata quarta decima mensis Madii anno a nat. dni millesimo quadringentesimo trigesimo secundo: regniq. nri decimo septimo, præsente instante & dictam pronunciationem humiliter ferri petente, & supplicante Laurentio Riquer pro una parte, & præsente Antonio Canet alterius partis procuratore, ac præsentibus etiam testibus Bonanato de Podio marino, & Johanne de Bellafilla legu doctoribus, Petro Valtanelli, & Johanne Vilella scriptoribus nris, & pluribus aliis in multitudine satis grandi f de funel vrs

Signu Alfonsi dei gratia regis Aragon, Siciliæ, Valent., Maioric., Sardin., & Corsicæ, comitis Barcinonæ, ducis Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam comitis Rossilionis, & Ceritaniæ, qui hanc pronunciationem, siue sententiam tulimus, huicq. publico instro sigillum nrum apponi iussimus in pendenti.

Sig + num Petri de Bisulduno prædicti dni regis scriptoris eiusq. auctæ notarii publici per uniuersam eius ditionem, & terram, qui prolationi dictæ sententiæ interfui, eamq. ut præmissum est publicaui, & legi, prædictaq. scribi feci, & clausi. Corrigitur autem in lineis prima inuocatu, pateat uniuersis, q. V. non. & sexta sententiam.

Petrus de Bisulduno ex regia sententia in aud.a lata.

R.

3

ALFONSUS dei gra rex Aragon, Sicilie, Valetie
Maioricis, Sardinie, & Corsice, comes Barcinone, dux Athenarum,
& Neopatrie, ac etiam comes Rossilionis, & Ceritanie, dilectis
& fidelibus universis, & singulis officialibus nris, & aliis qui-
buscunque, ad quos spectet, vel eorum locatenentibus salutem, & dilectione.
Die presenti nram tulimus sententiam in questione coram
nobis diu ducta inter Laurentium Riquer canterarium
ville Ceruarie ex una, & Arnaldum Comalada eiusdem
ville ex altera partibus, causis, & rationibus in processibus
declaratis, a qua quidem sententia pro parte dicti Arnaldi
fuit supplicatum. Unde nisi prestita cautione idonea
iuxta pragmaticam sanctionem non est sententia executi-
oni mandanda. Quocirca vobis mandamus scienter sub poena
quingentorum florenorum auri de Aragonia, quatenus dicto Laurentio
apud vos prestante idoneam cautionem tantum restituendi:
quantum fuerit condemnatio, si legitima pertractatione
sententia resolvatur, dictam sententiam, & oia, & singula in
ea contenta exequamini, & compleatis iuxta sui seriem ple-
niorem. Datum Barcinone die quintadecima Madii an-
no a natu dni millesimo quadringentesimo trigesimo se-
cundo. V. De funes vicecancellarius

Petrus de Bisulduno
ex p[ar]te d[omi]ni regis.
R.

Sig- num meum Gasparis Arnat S. C. et R.
Mati. Archivarii et scribe mandati

Sentents 10. 1432. fo 44.

GOBIERNO DE ARAGON

†

per totam terram et ditionem Regiam nots. publici Bar.a populati qui huiusmodi Sententiam in praecedentibus duobus papyri folijs praesenti computato continentem a suo originali Registro Serenissimi domini Alfonsi quarti dicti nominis Regis Aragonum Sents. X anni MCCCCXXXV. intitulato as.o eiusdem XXXXIIIJ. in Regio Archivo recondito et custodito fideliter sumptum scribi feci et clausi.

Ego Josephus Olzina miles, sacre, catholice, et regie maiestatis scriba mandati, eiusque auctoritate per totam terram, et ditionem suam nots. publicus Barcinone populatus, regensque protonots.am in praesenti locumtenentia generali Cathaloniae attestor suprascriptum Gasparem Amat regium archivarium, et scribam mandati, esse notarium publicum Barcinone populatum fidelem, et legalem, eiusque instris, et scripturis publicis, et autenticis plenam ab omnibus adhiberi fidem in iudicio, et extra. In quorum fidem praesentibus me subscripsi regio sigillo munitis Barcinone die decimo septimo mensis Iunii anno a nativ. Dni millesimo sexcentesimo decimo septimo.

Josephus Olzina

Nº 13. Littera 5. Lig. 30. fol. 110.

Año 1432. Sentencia

Aragones

4